



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

ASSERTIONES IVRIS  
EX TIT. FF. ET  
C. AD L. IVLIAM  
MAIESTATIS.

QVAS, DIVINO NUMINE PROPITIO,  
SVB PATROCINIO CLARISSIMORVM AC CONSVL-  
tiff, virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, &  
D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licentatorū respectiue  
Dictatoris & Fiscī, in florentissimo Agrippi-  
nensium Iuris Collegio publicè  
defendere tentabit.

HENRICVS Stippenbusch.

Anno Domini M. D. LXXXIII.

XIII. Calen. Iun.



COLONIAE AGRIPPINAE VV  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

100  
93  
95



## CONTINVATIO.

**D**E genere ad species est rectus, categoricus, & proclivis descensus. Premisso ergo de publ. generatum iudicijs & accusat. non exorbitanter lesa Maiestatis ter maximum crimen, omnium dico, enormium enormissimum, prout doctrinae ordo deposcit, huc primo succedit.

## ASSERTIO I.

**D**icitur vulgò Maiestas quasi maior stans maioruè status, siue potestas. (a) Status verò maiores cum tres (b) sint, triplex quoque exoritur Maiestas, Pontificia, (c) Imperatoria, (d) & Regalis. (e) Quibuscum & ea, qua supremarum Rerumpub. est, rectè ponetur in Aristocratia, Democratia vel Oligarchia consistens, (f) & haec Definitio nominis.

(a) Nicol. Boër. in tract. de seditios. nu. 19. Mynf. lib. 5. Respons. resp. 44. in princ. arg. l. decernimus C. de Epif. & cler. (b) Petrus Grego. Tholaf. to. altero rerum admirab. c. 3. & 4. lib. 21. (c) c. solitæ, de maior. & obed. c. foelicis, de pœn. in 6. c. in primis 2. quæst. 1. vbi Præpos. in §. de persona col. 5. Boër. d. tract. nu. 17. Iul. Clar. lib. 5. §. la. sa. Maiest. nu. 2. Hieron. Gygas in tract. de crim. la. sa. Maiest. q. 2. nu. 3. (d) in pro. Inst. & ibi Io. Fab. l. 1. C. de leg. (e) l. 1. C. vt nemo priu. Boss. in tract. de cri. la. sa. Maiest. n. 51. vid. Iul. Clar. d. l. (f) vid. D. Th. d. lo.

### II.

Rei verò (ipsius, inquam, criminis) non nisi ex actuum quorundam conglotatione nobis velut notiorum constari potest, esto talis, vbicunque quis subditus contra superiorem quicquam molitur, vel quod ad hostes transfugit, eos qualitercunque iuuando, vel efficit, vt Princeps, Senatores, Collateralésue illius occidatur & c. (a) nisi breuior illa Iurisc. placuerit, esse, videlicet, illud, quod contra populum Romanū eiusque securitatem committitur.

(a) l. 1. 2. 3. 4. §. 1. 4. 5. 6. 10. 11. ff. h. t. l. quisquis C. h. t. Azo in sua summ. C. cod. Immol. in Clem. Pastoralis col. 4. vers. & aliàs, de re iud. Socyn. conf. 275. col. 2. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, in quocunque. Gygas d. tract. q. 2. lib. 1. vide Boss. d. tract. ab initio. Ioan. de Plat. in §. publica Inst. de publ. iud. Anto. Capyc. decis. Neapol. 129. vid. elegā. tiff. Iul. Clar. d. §. la. sa. Maiest. lib. 5. & Mynf. lib. 5. Resp. resp. 44.

### III.

Subditum non ex contractu vel quasi, neque delicto vel q. verum ex loco domicilij atq. originis pono, (a) superiorem verò qui suprà se nullum recognoscit. Vnde forensis (b) nihil in Principem, neque Vasallus (c) in Dominum, nec Libertus in Patronum, imò ne Clericus in ipsum Imperatorem ex hoc crimine peccant. Ceterum Imperij subditus contra Pontificem Max. enormiter machinando, notoriè lesa Maiestatis offensam incurrit.

(a) tēx expref. in clem. Pastoralis, & ibi gloss. & communiter Dd. de re iud. glos. notab. in Clem. vn. in verb. subditos, de foro comp. Oldrad. conf. 44. col. 2. vers. circa sext. Bald. conf. 139. Idem in l. si oēs §. si verò C. de Epif. & cler. Nic. Boër. in d. tract. de sedit. §. præsuppono nu. 2. Io. Fab. in l. meminisse C. h. t. (b) notabiliter Ang. in l. frater ff. de parricid. in fi. vbi

fi. vbi ait forensem non esse de populo, nec ius populo tueri debere, (c) d. clem. Pastoralis & ibi omnes Dd vid. omnino Hier Gyg. d. tract. lib. 1. q. 68. Bart. in extrauag. in verb. totius orbis, & in verb. rebellando. Hier. Gyg. lib. 1. q. 3. Prap. in c. cum verum 96. dist. & in c. nouit. de iud.

#### IIII.

*Pontificia primas, Imperatoria secundas habet, (a) hęc quoq; ladi omnia Respōsa, (b) vetāt. Ladunt verò qui Perduelles ac Rebelles cōtra propriā ipsius personā conspirant, (c) hostiliterq; ac proditorie quadam scelestā dominādi cupiditate de nece Imperatoris Imperijq; euersione laborant, (d) plenorumq; eius Regaliorum occupandorum seu Iurisdictionis in se aliūmve deriuanda gratia Principi (e) rebellant, vel alios ad rebellionem impetuosè subornant. (f)*

(a) Nicol. Boer. in tract. de sedit. num. 17. per c. solitæ de maio & obed. Gyg. quæst. 12. (b) toto tit. ff. h. t. l. quisquis & seqq. C. h. t. (c) d. l. quisquis & l. ff. h. t. (d) rex in d. extra. ad reprimend. l. quisquis C. h. t. & ibi Dd. Laud. in suo tract. de crim. læf. Maiest. q. 3. Iul. Clar. in §. læf. Maiest. per totum Dd. in Clem. Pastoralis de re iud. Gyg. in rub. de Rebel. lib. q. 1. 2. 3. 4. (e) l. quisquis, ibi, eadem seueritate C. h. t. elegāter extrau. cum Bart. Qui sint reb. Bald. in l. 1. §. huius studij ff. de iust. & iur. Gyg. q. 30. (f) l. 1. ibi, quiuè milites, l. 2. 3. ff. eod. Card. in Cle. Pastoralis 9. notab. Mat. de Affl. sæpè d. loco.

#### V.

*Vnde faciens se Regem cum non sit, Consulem, Proconsulem, Episcopum, Magistratū, loci Rectorem, vrbivè Præfectum, cum nihilo minus huc allectus sit, ledit Maiestatem eius, qui recto ceteròquin iure Principatum tenet vel suffiendi ius habet.*

l. 3. vbi Ang. ff. h. t. Bart. in l. lex 12. tab. ff. eod. l. qui nomine ff. de falsis. Anto. Corf. in tract. de potestat. Regia nu. 5. & ult. part. col. 13. Guid. Pap. q. 323. est decisio Capellæ Tholos. nu. 401. arg. falsissimæ accusationis Iudæor. contra innocentissimum Ies. Christ. Sal. nostrum Ioan 19. ibi. Omnis enim qui se Regem facit contradicit Cæsari. Item ibi, noli scribere Rex Iudæorum sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum, & arg. c. relatum de iure patro. c. insinuatum, de simon. qui enim non intrat per ostium fur & latro est, Affl. in c. 1. §. Et bona, tit. Quæ sint Reg. Iur. vsib. feud.

#### VI.

*Regum quoque ac Rerump. vniuoca Maiestas est. Principum Electorum, Marchionū, Comitum, (a) Baronum, Urbium etiam Imperialium quadam impropria. (b) Ex quo terribilis illa l. Quisquis, pœna in delinquentibus, loco Arbutaria (c) factio, iustè (d) quiescit.*

(a) attestatur communem Hier. Gyg. per c. per venerabilem & ibi Dd. Qui sint filij legit. Banor. in c. cum te, de re iud. Bart. in l. lex 12. tabularum ff. h. t. Ang. in tract. malef. in verb. che hai tradito la tua patria, vers. quæso aliquis. Io. And. in c. felicitis de pœn. in sext. Areti. in §. Publica, Inst. de Pub. iud. (b) Mynf. lib. 5. Respons. resp. 44. n. 10. 11. 12. VVef. h. tit. nu. 4. (c) las. in §. Pœnales, nu. 107. Inst. de act. Mynf. d. loco, & VVef. h. tit. num. 5. & 7. (d) c. odia de reg. iur. Ius tamē & mores Municipales legis pœnā ol. seruant, test. Iul. Clar. in §. læf. Maiest.

#### VII.

*Securitate Principum Collaterales eorundem, Cardinales, inquam, Consiliarij, Senatores ac Clarissimi gaudent, (a) Sanè Legatum sanctum quidem & iure gentium secu-*

*ram violans, impediens, retinens, tam sacrilegū, quā Maieſtatis (b) reus deſertur: eodem propemodum iuris in hoſte vel bannito ſaluo conduēbu ſecurato (c) ſtatuendo.*

(a) l. quisquis C. h. t. viſcera enim & pars corporis eorundem ſunt, c. foelicis, & ibi Dd. de poenis in ſext. l. humanum de leg. C. Nicol. Boer. in d. tract. de ſeditioſ. in ſex præſuppoſito. Anch. in d. c. foelicis. Bart. in extrau. ad reprimend. Qui ſint rebel. in verb. rebellando. (b) l. i. ff. h. t. l. ſanctum ff. de rer. diuiſ. Angel. in l. 2. §. legatis ff. de iud. hoſtibus quoque dabuntur puniendi vt de I. Minutio & C. Manlio & de alijs refert. Valer. Max. lib. 6. tit. de pace pub. (c) l. i. & l. ſin. ff. cod. l. quisquis §. 1. C. cod. Boſſ. in tract. de cri. l. æf. Maieſt. ab initio.

### VIII.

*Porro perpetravit hoc crimen, qui literas Principis opprimendi gratia hoſtibus emiſerit, (a) vel ab iſdem receperit, cuiusque operā dolo malo armis, telis, equis, pecunia, claſſibus, neruoq; belli adiuti erunt, (b) quiq; Transfuga in bellis retroceſſerit arcemq; ex cuſtodia poſſidens Principi reſignare renuit, aut hoſtibus conceſſit, (c) nihil attento, ſolus fecerit an cum pluribus, ipſe vel alius, ſuo an alterius iuſſu factum vel fieri (d) curatum, omnes tenentur, vſque aded, vt voluntas & affectus ſine effectu, ſcientia profacto ſint punibiles. (e)*

(a) l. i. in verb. quiuē hoſtibus & ibi Bart. & Ang. ſub ſin. Laud. in ſuo tract. de crim. l. æf. Maieſt. quæſt. 2. Nicol. Boer. in tract. de ſeditioſ. 3. Præſuppono num. 25. (b) l. 4. cuiuſque opera, ff. h. t. Matth. de Affl. in c. i. d. 5. Et bona num. 66. Quæ ſint Regalia. Gyg. lib. 1. quæſt. 34. (c) lex duodecim tabul. & ibi gloſ. in verb. tenuerit ff. h. t. (d) l. cuiuſque, l. Maieſtatis ff. h. t. (e) l. quisquis, & ibi Cyn. C. h. t. l. famoſi, ibi, an quid fecerit, & an quid cogitaſuerit ff. h. t. Mynſ. §. Publica Inſt. de pub. iud.

### IX.

*Horum reſpectu opportuna hic benè cadit quæſtio, Num Rex Chriſtianus cōtra Regē Chriſtianum, Princeps contra Principem poſſit Sarracenos, Afros, Turcas, in opem atque ſubſidium conuocare? Et quoniam deſenſionis materia nequicquam reſtringenda eſt, arbitramur id iure permiſſum.*

arg. l. vt vim atq; iniuriam & ibi omnes Dd. ff. de iuſt. & iure, eſt enim naturale vim vi repeliere, quod omnes leges omnia iura permittunt, l. i. §. cū arietes ff. ſi quadrupes paup. l. itaque l. ſcientiam, §. qui cum non aliter ff. ad l. Aquil. c. ſignificasti c. 2. & ſeqq. ext. de homicid. etenim ſanguinem ſuum qualitercunque redimere quis poteſt, arg. l. tranſigere, C. de tranſact. Exemplo Machabæor. lib. 1. vbi Machabæi Romanos gentiles implorabant. Item lib. 1. Reg. cap. 23. vbi Prop. & Rex Dauid contra Saulem Regem Iſraelitar. ad Regem Achis Geth qui gentilis erat confugit. vid. Barthol. Romul. l. vt vim num. 163. & ad long. Oldrad. conf. 71. modò non lædatur religio. Romul. lo. cit.

### X.

*Horſum facit dum quis bellum mouet, ac ſigna leuat, militemq; contra Principem vel alium eius iniuſſu (a) conſcribit, quiq; (b) Ligam ac confœderationes aduerſus eundem init, ſecreta pandit, technas, dolos, inſidias ſtruit, vel ab alio ſtructas (c) non manifeſtat.*

(a) l. 3. & ibi gloſ. in verb. delectum ff. h. t. Bart. in l. hoſtes ff. de capt. & poſſi. reuerſ. vid. exempla apud Val. Max. ſub tit. de diſciplina mil. & nota hiſtoria de Manl. Torquati filio quam excuſare nititur. Coſtal. in l. ſi hominem ff. mand. (b) l. 1. C. vt armor. vſus lib. 11. C. Laud.

Laud. in tract. de crim. læf. Maiest. quæst. 52. Ludou. Montal. in tract. de reprob. sententiæ Pilati act. 2. col. 3. Gyg. lib. 1. quæst. 48. (c) l. quisquis C. h. t. expres. Bart. in l. vtrum ad l. Pomp. de parric. Idem in l. 1. §. occisorum ff. ad Syll. & ibi Ang. Aret. in §. publica Inst. de pub. iud. vid. Gomel. tom. 3. cap. 2.

### XI.

Ex quo gliscit controuersia, Num alterum de suo malo certiorare, vita periclitantem iuuare illiq; benefacere cogar? Quod in summo duntaxat Principe assertiuè quidem & rectè ex ll. (a) dicitur, aliàs secus. (b) Sanè iure Canonū indistinctè omnes omnibus prodesse strictè obligamur. (c)

(a) l. vtrum & ibi Bart. ad vnguem ff. ad l. Pomp. de parricid. l. quisquis C. tit. Bart. Ang. & Rom. in l. 1. §. occisorum ff. ad Sylla. Salyc. in l. 1. C. ad l. Corn. de Sicar. col. 2 (b) argum. l. metum §. sed licet ff. quod met. caus. & ibi expres. Bart. l. si ff. de condict. ob turp. caus. ibi Costal. Bart. Bald. Ang. Alb. & Dd. glos. notab. in l. culpa caret ff. de reg. iur. quæ sequuntur Bart. & omnes communiter Dd. vid. Gom. in tract. de crim. læf. Maiest. tom. 3. c. 2. nu. 8 (c) c. negligere in pr. 2. q. 6. c. qui potest obuiare, c. pascere fame morientem 86. d. c. dilecto de sent. excom. lib. 6. vid. Francis. Zoanet. par. 1. tripart. defens. nu. 102. & seqq.

### XII.

Quo dato queritur, Num ad saluandum etiam Principem sigillum Confessionis Sacerdos aperire debeat & possit? Quod nego, (a) etiam ipso sub excommunicationis pœna Pontifice mandante, imò ex confessione sciens licitè iurabit se planè nescire.

(a) c. omnis vtriusque sexus, vers. caueant & ibi glos. in verb. deponendum de pœni. & remis. ibi quoque Anto. de Butr. c. nemo, c. sacerdos, c. significasti de pœn. & remis. Ioan. de Tur. Cre. n. d. c. sacerdos, D. Thom. in 4. sent. dist. 21. quem allegat Archiep. s. Florent. in 3. part. suæ sum. tit. 17. c. 22. Panor. & Arch. in c. nouit de iud. vide omninò D. Nauar. in suo Enchirid. c. 9. per totum.

### XIII.

In proditore patria plusculum hasitationis hætenus extitit: eum tamen non iniuriâ huius delicti alligamus, (a) veluti & eum, qui Reum confessum & condemnatum de manibus curiæ vel Officialium eripuit, (b) speluncam vel carcerem priuatum exercuit, (c) arcana Regis, Senatus, Reipub. Consiliarius, Secretarius propalam dixerit, (d) arcem, castrum propugnaculum vel machinas in consinio imperij vel vrbis extruxit, (e) tributum negauit, (f) furcas (g) erexit, adumue aliquem meri seu mixti Imperij, siue eorū que Principi in suprema præminencia signum reseruata sunt, attentarit.

(a) tex. & ibi glos. in verb. proditor fallaciter §. si ff. de abol. arg. l. 1. 2. 3. 4 & l. Maiestatis ff. h. t. l. postliminium §. transfuga ff. de cap. & postl. reuer. (b) l. cuiusque in vers. qui confessum & ibi Bar. ff. h. t. Gyg. lib. 1. q. 57. (c) l. 1. & ibi Cyn. Alb. & Bald. C. de pri. car. (d) l. cuiusque, ibi, vt ex amicis hostes h. t. (e) Gyg. lib. 1. q. 46. (f) l. 1. ibi, qui contra securitatem ff. h. t. (g) l. 3. §. fin. ibi, quiuè priuatus pro potestate magistratuè ff. h. t.

### XIV.

Praxis huius delicti summaria est, (a) tamen cum plenissimis, (b) probationibus prævia citatione, (c) ad quam per accusationem, denunciationem, ac inquisitionem deuenitur, (d) inquisitio porro etiam rectè fama nulla precedente instituetur, (e) instituta verò semel contra Reum etiam pendente iudicio (vel eo nondum capto) defunctum vires suas

*suas & finem, (f) sententiam, inquam, citatis citandis fortietur.*

(a) tex. in extrau. & ibi Bart. l. quisquis §. iubemus C. h. tit. Clem. dispendiosam, & ibi Lanf. de iud. (b) l. si quis alicui C. h. tit. d. l. famosi, ff. h. t. Elber. Leoni conf. 80. pro defensione Comitis Egmondani (c) d. extrau. ibi. per nuntium, (d) d. Extra. post prin. & ibi Bar. Specul. in tit. de accus. (e) vide Gyg. in Rub. qualiter. q. 9. (f) l. pe. & vl. C. h. t. l. si. ff. h. t. l. ex iudiciorum, ibi glos. in verb. Maiestatis ff. de accus.

#### XV.

*Accusant hic omnes, quicunque, aliàs disertè (a) prohibiti, mulier, (b) infamis, meretrix, pupillus, (c) minor 14. an. Pater (d) filium & filius Patrem, frater fratrem, seruus, & Vasallus, (e) dominum, libertus Patronum, Laicus (f) Clericum & c. excepto, quod Marito & (g) Vxori se inuicem tanti sceleris, religio sit, denunciare reos.*

(a) l. famosi in pr. ff. h. t. (b) l. in quaestionib. h. t. (c) gl. in l. inuiti, ff. de testi. (d) Mascard. vol. 1. conclus. 426. de probat. exempla Rom. patent apud Val. Max. lib. 5 cap. 8 (e) l. meminisse C. h. t. Mascard. d. loco. (f) glos. in c. in summa 2. q. 8. ibi Prapof. Archid. & alij Gyg. q. 17 (g) arg. tex. Euangel. Genes. 2. Mar. 10.

#### XVI.

*Par censura de testib. quibus enim accusandi iisdem & testificandi facultas, (a) Vnde seruus (b) mulier eademq. meretrix & c. singulares, periurus, etiam Iudaeus, (c) tam in Clericum quam Laicum cum sufficienti ad (d) torturam fide ac probabilitate singuli per se sigillatim deponunt.*

(a) Spec. in d. tit. de accus. §. 1. (b) tex. in l. mulier §. famosi, quo loci glos. ff. de accus. vulgat. l. famosi ff. h. t. Abb. in c. licet Hely. num. 10. de Simon. vid. Mascard. alleg. concl. 462. vol. 1. de probat. (c) Gyg. q. 10. d. Rub. Quomodo & c. per tot. (d) l. in quaest. & ibi Alber. ff. h. t. Bald. in l. milites, C. de quaest.

#### XVII.

*Pœna est, vt Reus Maiestatis gladio vltore feriatur, bonis eius omnibus Fisco addictis: Filij quoque ab omni quacunque directa vel obliqua successione etiam extraneorum testamentis alieni cum infamia perpetuò sint egentes & pauperes, vt perpetua egestate sordentibus sit & mors solatium & vita supplicium. (a) Planè non quisquis l. Iulie Maiest. reus in eadem conditione est: sed qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus Remp. vel Principem eiusque Collaterales animatus. Ceterum si quis ex alia causa legis Iul. Maiestatis reus sit, filijs impunitis, morte crimine (b) liberatur.*

(a) l. quisquis ibi Saly. Cyn. Bald. & omnes Dd. C. h. t. l. fin. ff. h. t. Iul. Clar. lib. 3. §. lætæ Maiest. Ignæ. in disp. An Rex Fran. sub. Imp. Gyg. d. tract. q. 23. mihi fol. 367. (b) argu. c. odia, & c. in pœnalib. de R. l. in 6. Cicero in orat. pro C. Rabi. perduel. reo.

#### XVIII.

*Filij legalibus & iustis naturales (a) addo, adoptiui (b) exclusi, filias verò vt minus ausuras Imperialis tutatur fauor ac confidentia, quocirca pœnam infamiae atque extraneorum bonorum incapacitatis ad easdem non (c) protendo.*

(a) arg. d. cū pater ff. de leg. 2. Fel. in procem. Decret. col. 2. n. 9. (b) cessat enim ratio l. quisquis §. filij C. h. t. Alex. in l. adoptiuū ff. de in ius voc. (c) d. l. quisquis §. ad filias. Bald. & Saly. in l. quicunque C. de ser. fug. Ang. in l. Gallus ff. de lib. & posth.

*Constas*



XIX.

Constat quoque Matrem & filiam tam nefanda frequenter audere. (a) Quasitum verò, An vi flagitium Patris, sic & audacia Matris, honore, diuitijs, fortunis & vita prope modum filios sit orbatura, Id, quod cum legis præsumptione (b) catholica Physiologia principia negant.

(a) Ang in d. tract. verf. Et hai, refert se vidisse, arg. eorum, quæ D. Chrysof. in tract. de mala muliere scribit. (b) l. fin. C. de impub. & alior. subst. arg. l. quisquis s. filij, ibi, quia, paterni criminis C. h. t. fingitur enim filius eiusdem intentionis cum Patre, & non Matre, Ang. in d. l. si fugitiui C. de ser. fug. Item gesta Patris imitari præsumitur, & vox Patris vox filij, facit quod fertur. Sæpe solet similis filius esse Patris.

XX.

Machinatio Filij nihil parētibus oberit, (a) sicut nec lesio Mariti Vxori, nec Vxoris. (b) Marito, sanè diuina atq; humana domus (c) vitæq; indiuidua socij cū sint, alter alterū receptare, (d) occultare, alere, (e) sequi impunè poterit; omni denūtiatione, accusatione, (f) testificatione explosa, etiam scientiâ de Principe offenso vel offendendo nihil obfuturâ.

(a) arg. l. interpretatione ff. de pœn. cessat enim ratio sanguinis improbat. (b) tot. tit. Ne vxor pro mar. (c) l. aduersus C. de cri. expl. hered. (d) Ang. in d. tract. mal. in verb. dicto maleficio nu. 24. & ibidem August. de Arim. (e) Gyg. d. Rub. de pœn. q. 21. (f) auth. vt ut nullo iud. s. si verò contra Imperium.

XXI.

Superest tandem satis superq; satis crudelis quæstio, An Filio Patrem & Patri filium laesa Maiestatis damnatum vel reum impunè trucidare permissum? Quod in foro fori vt-cunque licitum, in foro poli, prorsus impium reputamus.

(a) l. minimè ff. de relig. & sump. fu. Ign. in disp. An Rex Fran. & c. nu. 16. Cic. lib. 1. off. glos. & Bart. in l. veluti ff. de iust. & iur. (b) vid. Alciat. in l. bona fides ff. de pos. arg. s. 1. in fi. in Auth. de incest. nup. & quæ Cic. in orat. pro Resc. scribit.

XXII.

Sequitur de Confiscatione bonorum, ea est bonorum duntaxat ad extraneos heredes transmissibilia. (a) Vnde vsufructuaria, alienari (b) prohibita, ius (c) patronatus, Emphyteusis ac (d) feudum Ecclesia, etiam priuati (e) (commoditate tum Fisco ad vitam delinquentis (f) cessurâ) publicationi non subiacebunt.

(a) glos. Bart. Bald. in l. 1. C. de bon. lib. Alex. A ret. Ias. in l. si quis mihi, s. si quis plena, ff. de acq. poss. Boss. tract. de publicat. bon. nu. 16. (b) Aff. in d. c. 1. d. s. ci bona. Quæ sint Reg. (c) l. Imperator & ibi Bart. ff. de fideicom. lib. Boss. d. tract. nu. 34. Gyg. d. rub. de pœn. q. 4. (d) Bart. in l. finita, s. de vectig. ff. de damn. inf. Costal. in l. sed & ff. de dolo (e) glos. in l. 1. C. de bo. lib. (f) And. de Her. in c. 1. s. præterea Quæ sit prima cau. ben. amitt.

XXIII.

Item non nisi cessa, transmissa, quasita, presentia, propria peculia, non futura replebunt (a) fiscum. Liqueat ergo publicatis, Patre superstite, Filij bonis spem futuræ hereditatis, paternæ, fraternæ, alteriusve Agnati nihil Fisco (b) profuturam, Quæ omnia multò secius in crimine laes. Maiest. se habent, quo Fiscus omnia (c) rapit.

(a) l. si mandauero tibi, & ibi Cost. ff. mand. Dd. in Auth. nouissima C. de inoff. test. c. fecit. is s. verum de pœn. in 6. Nell. in tract. bann. p. 1. 2. temp. q. 18. Boss. d. tract. de pub. bo. num.

num. 15. & 66. (b) Bart. in l. si quis poena ff. de his qui sunt sui vel al. iur. Alex. conf. 75. (c) d. l. quisquis C. h. t.

#### XXIV.

*Transmigrant verò in Fiscum omnes (a) obligationes actiua & passiuæ, etiam conditionales, item nomina, res & bona quacunque Reo ipso (b) iure priuato, idque confestim simulatq; crimen Maiestatis admissum vel de super retrò (c) cogitatum. Ex quo ergò donationes, legata, testamenti factio, alienationes, pacta conuenta, contractus ceteraq; factæ dispositiones prorsus annullantur, (d) aded, vt etiam debitor Reo Creditori persoluens in nihilum (e) liberetur.*

(a) arg. l. libertorum vbi Bart. ff. de iur. patron. Laud. in tract. fiscal. quæst. 86. (b) per tex. in l. penul. & vlt. & ibi glos. D. h. t. l. iudiciorum cum glos. ff. de publ. iud. (c) d. l. quisquis §. emancipationes, ibi quo primum cogitarunt, C. h. t. (d) d. l. & §. emancipationes & l. fia. C. cod. (e) l. p. C. cod. c. foelicis, ibi nullus ei debita reddat, de poen. nu. 6.

#### XXV.

*Deniq; sit pane subindè gratia sed non nisi à Principe: (a) iam in promptu quaestio, num emptio, venditio, permutatio ex crimine commissio inualida bonorum facta per Principem restitutione ceu nouo superaddito iure conualescat? subsisto, attamen conualescere (b) nolim, non dissimiliter, ac Primogenito post Patris obitum ob Maiestatis reatum ad plenitudinem gratia restituto feudum amissum iterum cessurum, secundo genito iam occupante, (c) negamus.*

(a) l. 2. C. de sent. passis l. diui ff. de pen. tex. in tit. de pac. Const. in prin. In vsibus feud. (b) Hier. Gyg. d. Rub. de pæn. quæst. 24. (c) l. sicut l. locat l. f. ff. de part. l. si post mortem §. f. ff. de cont. tab. fac. c. quamuis de rescrip. lib. 6. And. de lser. c. 1. §. præterea Vasallus in tit. Quæ fuit pr. cau. benef. a mit.

### COROLLARIA.

#### I.

*Posse subditos indefensos Imperatore ac Principe negligente, cogente necessitate citra cri. les. Maiest. alteri sese submittere.*

Paul. Cast. in rep. l. Ex hoc iure col. 4. vers. Regna. ff. de Iur. & iur. And. de lser. in c. Imperalem §. præterea. de prohibet feud. alic. per Freder. Socy. conf. 39.

#### II.

*Confiscatione bonorum comprehendi bona etiam extra territorium & confiscantis districtum situata, (a) non tamen illius sed loci, in quo sunt, Fisco (b) cedere, idq; à tempore lata sententiæ (c) non criminis commissi.*

(a) Nell. in tract. ban. in 1. par. 2. temp. quæst. 14. Bart. & Dd. in l. cunctos populos C. de sum. Tri. & fid. Cath. (b) arg. l. cum vnus, §. penul. ff. de bon. auct. iud. poss. l. qui vltimo ff. de poen. (c) Boss. in tract. de publ. bo. num. 80. Felin. in c. dilectus hlius conclus. 8. de rescrip.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





B.I.G.

Farbkarte #13



ASSERTIONES IVRIS  
EX TIT. FF. ET  
C. AD L. IVLIAM  
MAIESTATIS.

VAS, DIVINO NUMINE PROPITIO,  
B PATROCINIO CLARISSIMORVM AC CONSVL-  
f. virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, &  
D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licentatorū respectiue  
Dictatoris & Fiscī, in florentissimo Agrippi-  
nensium Iuris Collegio publicè  
defendere tentabit.

HENRICVS Gyppenbusch.

Anno Domini M. D. LXXXIII.  
XIII. Calen. Iun.



COLONIAE AGRIPPINAE VV  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



100  
93  
95

